apud hebreos quoque
a nativitate abraham usque ad tempora Lapdon iudicem he-
breorum qui troianis temporibus populo prefuit eque supputa-
bis annos octingentos xxxiiij. Item apud egiptios ab etate
nini et semiramidis quo tempore xvi dinastia thebei egiptii tene-
bant usque ad vicesimam dinastiam id est potestatem et regem
egipti theoren qui ab homero polipus vocatur sub quo troia
troia capta est colliguntur supputati anni dccc. xxxiiij. Igitur
consequenter uno eodemque tempore in ordine descriptionis ponemus
Abraham ninum et semiramidem europem egiptiorum thebe-
os. Illud in cura est ut hebreorum quoque annos in quatuor
tempora dividamus. ab abraham usque ad moisen. A moise usque
ad edificationem templi. ab edificatione templi usque ad secundam qua instau-
rata est. ab instauratione eius usque ad adventum christi domini. A nativi-
tate quippe Abraham usque ad moisem et egressum israel ex egipto
computantur anni d. v. exinde usque ad salomonem et primam edi-
ficationem templi anni cccc. lxxxviij. secundum [illegible] numerum
que tercius regnorum liber continet. Nam in ipso volumine iudicum suppu-
tantur anni dc. A salomone vero usque ad instaurationem templi que
sub dario persarum rege facta est colliguntur anni d. xij. Porro a da-
rio usque ad predicationem domini nostri ihesu christi et usque ad xv annum tiberii
principis romanorum explentur anni d. xlviij. Itaque simul fiunt
ab abraham usque ad xv. tiberii anni duo milia xlij. Similiter
a xliij anno nini usque ad xlvj. cecropis sunt anni d. v. Exinde
usque ad captivitatem troie anni ccc. xxxv. a captivitate troie
usque ad primam olimpiadem anni cccc. v. a prima olimpiade usque
ad secundum annum darii et instaurationem templi anni cc. lxvj. ab in-
stauratione templi usque ad xv. tiberii cesaris anni duo milia xlij
anni. quos et ab abraham usque ad Tiberium supputatos ostendimus.
Sed ne longus forte numerorum ordo aliquid turbationis afferat
A conditione primi hominis Adam qui sexto mundane creationis die formatus
est genealogias antiquorum patrum usque ad abraham breviter pro-
nabimus. deinde ab ipso et a Nino ex singularum gentium historiis
tempora coequantes sibi invicem conferam ut facilis prebeatur intuitus
cuius grecorum et barbarorum etate prophete et reges et sacerdotes hebreorum fuerint
item que diversarum gentium falso crediti dii. qui heroes. que urbes. quando condita